Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36446
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift



XII. 407

personam referunt. quod scilicet babilloniis idola sua non profuerint quae et humano facta sunt studio. et aste aeterni suscitata; nonnulli haebraeorum de habraham dictum putant quinocatus sit iustus aboriente id est de chaldeis. eo quod solus iustus inuentus est. et secutus sit eum egredienti de patria sua in terram quam nesciebat. et ad deleri reges in manu eius quia aduersum sodomam et gomorram uenerunt; et in gladium eius et arcum fecerit eos esse quasi stipulam. et puluerem persecutus est illos. et reuersus in pace et longe transeuntis cursum non sensit. et hoc non suis uiribus sed dni fecerit misericordia. quia a principio haec futura cognouerit; Uiderunt autem insulae id est gentes in circuitu. et illius uirtute perterrites. extremata terrae. semen. uidelicet filii. Noe. quem tempore extremo terrarum. cum patre et fratribus de diluuio euasserit; et usque ad tempus illud fuerit reseruatus. quem melchisedech intelligi uolunt. et uenisse obuiam abraham de prelio reuertenti. et accessisse et benedixisse ei. et eum di benedictionibus roborasse; ipsumque esse fabrum aeterni. qui habraham conflauerit. et malleo suae castus ad meliora perduxerit. et dixisse ei bonum est uti timore dni glutinetis. et iungatis ei; et confortauit eum siue solidauit. clauis praeceptorum dni ut non mouerentur. sed in timore illius permanerent;

5 et ait sit seruo meus. iacob quem elegi. semen abraham amici mei. in quo
5 apprehendite ab extremis terrae. et a longinquis eius uocauite. et dixi
5 tibi. seruus meus es tu. elegi te et non abiecite; ne timeas quia tecum sum ego.
5 ne declinis quia ego tuus confortauite. et auxiliatus sum tui. et suscepit te dextera
5 iustitiae mei; Ecce confundentur et erubescent omnes qui pugnant aduersum te.
5 erunt quasi non sint. et peribunt uiri qui contra te dicunt tibi. quaeris eum
5 et non inuenies. uiros rebelles tuos erunt quasi non sint. et uelut consumptio
5 homines bellantes aduersum te. quia ego dns ds apprehendi manum tuam.
5 dicens tibi. ne timeas ego adiuuite. noli timere uermis iacob. qui mortui
5 estis exisit. ego auxiliatus sum tui dicit dns. et redemptor tuus sanctus israhel.
5 ego posuite quasi plaustrum triturans nouum. habens rostra serrantia.
5 triturabis montes et comminues. et colles quasi puluerem ponens uentilabis eos;
5 et uentus tollet et turbo disperget eos. et tu exultabis in dno. in sancto israhel gloriaberis;
LXX; tu autem sit puer meus iacob quem elegi. semen abraham quem dilexi.
quem adsumpsi ab extremis terrae. et a summitatibus uocauite. et dixi tibi.